

**Dissertatio medica inauguralis, quædam de rubeola complectens / quam ...
pro gradu doctoris ... eruditorum examini subjicit Robertus Bell.**

Contributors

Bell, Robert.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebat P. Neill, 1827.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/p7fd7p4a>

Provider

University of Glasgow


License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>








487-1887

Cc4-c. 19










DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

RUBEOLA.



Digitized by the Internet Archive
in 2015

<https://archive.org/details/b24918155>

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

RUBEOLA.

To Dr John Thomson
with most respectful Compt
from his grateful pupil
The Author.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

QUÆDAM DE

RUBEOLA

COMPLECTENS ;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI *SENATUS ACADEMICI* CONSENSU, ET

NOBILISSIMÆ *FACULTATIS MEDICÆ* DECRETO ;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS :

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ROBERTUS BELL,

Scotus,

CHIRURGUS.

KALENDIS AUGUSTI, HORA LOCOQUE SOLITIS.

“ Tell not as new what every body knows ;
And, new or old, still hasten to a close.”

COWPER.

EDINBURGI :

EXCUDEBAT P. NEILL.

MDCCCXXVII.

C

DISSECTATIO MEDICA

IN ANATOMIA

QUONIAM DE

RUBRO

COMPOSITUM

DE

ANATOMIA

ET ANATOMIA

D. GEORGI BAIRD, S.T.P.

ACADEMIAE KENNEDIANAE

ALFREDUS BAIRD, S.T.P.

NONNUS BAIRD, S.T.P.

DE GRUPO

ANATOMIA

ET ANATOMIA

ET ANATOMIA

ANATOMIA

ROBERTUS BAIRD, S.T.P.

DE

ANATOMIA

ET ANATOMIA

ALFREDUS BAIRD, S.T.P.

DE

ET ANATOMIA

ET ANATOMIA

ET ANATOMIA

EDINBURGH

EDINBURGH

MDCCLXXII

PATRI CARISSIMO

ET

AMICO OPTIMO

ALEXANDRO BELL, ARMIGERO,

COLLEGII REGII CHIRURGORUM LONDINI SOCIO,

ET VALETUDINARIO REGIO TAODUNI CHIRURGORUM UNI,

HASCE PAGINAS STUDIORUM PRIMITIAS,

SUMMA CUM PIETATE ET REVERENTIA,

DEDICAT

CONSECRATQUE

FILIUS.

1840

JOHANNES LUTHER

JOHANNES LUTHER

JOHANNES LUTHER

ALEXANDRO WILHELMO

COLLEGIUM REGIUM CHRISTIANUM

ET ACADEMIAM REGIAM

ET ACADEMIAM REGIAM

HABERE PAGINAS STUDIORUM PRIMARIARUM

ANNO DOMINI

PERMANENTIA CUM PIETATE ET REVERENTIA

DEBITA

DEBITA

ACTOR

FILIUS

DISSERTATIO MEDICA
NECNON,
AVUNCULO SUO,
JOANNI LEVEN, ARMIGERO,

AD SIGILLUM REGIUM SCRIBÆ,
DISSERTATIONEM HANCCE INAUGURALEM,

OB BENEFICIA PERMULTA ACCEPTA

NUNQUAM OBLIVISCENDA,

ET AMICITIAM EJUS,

ANIMO GRATISSIMO

INSCRIBIT

AUCTOR.

DISSERTATIO MEDICA

INAVGURATIO

AVTHORE

IOHANNI LEVI, ARABICO,

RUBOLA

DISSERTATIONEM HANC EXAMINAVIT

DR. STEPHEN J. TROTT, M.D.

PROFESSOR ANATOMIAE

ET ANATOMIAE

RUBOLA, quae est una veteris scripturae
animi exaratione
quae hanc habet: sine dubio istius
est origo, et Arabum nomen non dubie
derivat. Et ut utrumque sit, vel a spe
aut a voce, vel a littera, vel a littera
proprietate, hanc habet, cum tunc est, tan
tum tunc per eam, tunc tunc homines adeo
tunc, et ad eam, tunc tunc tunc tunc
tunc, et tunc tunc tunc tunc. Ut illa
tunc tunc tunc tunc tunc tunc tunc

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

RUBEOLA.

ROBERTO BELL, Auctore.

RUBEOLA morbus est qui veteribus scriptoribus ignotus fuisse videtur. Sine dubio primi quibus descriptus extat Arabes sunt. Ei nomen *morbilles* dederunt. Morbus contagiosus est, qui vel a specifico veneno, vel fomitibus, vel contactu oritur, et propagatur. Similis variolæ, cum vera est, tantum semel per eorum totam vitam homines adoritur, et ab ejus impetu nulla ætas immunis videtur, sed infantibus prior est. Ut alia quæque febris contagiosa in ejus typo multum variat.

Uno in anni tempore lenis, in alio gravis invenitur; et in alio, omnes formas ejus a lenissima ad vehementissimam assumit. Apud nullum non anni tempus rubeola ut epidemica grassari potest, sed in media hiemi fere gravior est; in æstate, quum tempestas est temperata, tolerabilior evadit, et in hieme et verno tempore gravior, cum mutabile est cœlum; tamen per habitum corporis, quem adoritur, gravitas ejus plurimum afficitur, et in eadem familia, et vicinia, omnes suas formas, utcunque diversas, induere videtur.

DE DEFINITIONE.

MORBUM de quo agendum est, in classe Pyrexiarum, et in ordine Exanthematum, posuit celeberrimus CULLENUS, et verbis sequentibus definivit. “ *Rubeola*.—Synocha contagiosa, cum sternutatione, epiphora, et tussi sicca, rauca.

“ Quarto die, vel paulo serius, erumpunt papulæ exiguæ, confertæ, vix eminentes, et post tres dies in squamulas furfuraceas minimas abeuntes.”

In duas species dividit, in Rubeolam vulgarem, et Rubeolam variolodem. Dr WILLANUS, in ejus opere de Morbis Cutis, dividit in tres species, nempe in Rubeolam *vulgarem*, *R. sine catarrho*, et *R. nigram*. Auctores nunc Rubeolam dividunt in *R. vulgarem* et *R. malignam*; quæ divisio in hac dissertatione sequenda est. Cum autem Rubeola vulgaris forma sit sub qua, morbus plerumque apparet, ad eam præcipue attendimus, et alias ut varietates ejus tractabimus.

DE SIGNIS.

PRIMO in accessu ab alia quapiam febre Rubeola dignosci non potest. Inter diem octavum et decimum quartum post contagionem in corpus acceptam, signa ejus fere apparent; periodus vero duarum vel trium hebdomadarum interveniat. Incipit cum frigoris paroxysmo, quem stadium frigoris, et leves horrores statim sequuntur, cum debilitate generali, languore, anorexia, cephalalgia, doloribus dorsi lumborumque, siti urgente, nausea, et interdum vomitu bilioso. Lingua albida

et humida est, faucesque tumefactæ et rubræ, est tussis sicca, sternutatio, raucitas, vertigo, torpor, et aliquando convulsiones. Pulsus frequens, irregularis et durus est, alvus adstricta, et urina rubicunda, et somnus perturbatus.

Die tertio vel quarto morbi symptomata urgent, oculi teneri et leniter inflammati, palpebræque sæpe tumidæ fiunt, et cum epiphora et defluxione aquæ acrioris e naribus æger vexatur. In plurimis exemplis respiratio frequens et difficilis est, cum in aliqua parte thoracis vel lateris dolore et sensu angustiae, et aliis signis pneumoniae. Sunt in gravioribus exemplis subsultus tendinum, spasmi membranorum, delirium sub nocte, et coma; quod ultimum indicium esse unum ex signis agnosticis hujus morbi per nonnullos medicos putatur.

Non necessario occurrunt omnia hæc signa in singulis ægris Rubeola laborantibus; eorum nonnulli, nisi vehementissimis exemplis, nunquam apparent; et hæc signa in pueris quam in hominibus adultis plerumque graviora sunt. Ut in aliis morbis febrilibus, sub vespere symptomata exacerbationem subeunt, cum remissione matutina.

Quartum versus diem febris, eruptio fere sed non semper apparet. Primo die frontem et mentum occupat; in eodem die supra totam faciem serpens; postridie mane cervicem et thoracem tegit, et super omnem truncum et membra sub vespere extendit.

Primo ex maculis parvis, rubris, discretis, leviter elevatis, efflorescentia consistit, quæ in racemos, forma irregulares, propius appropinquantes ad figuram crescentis lunæ, cito se fingunt, quod primum omnium eruditissimo Doctore WILLANO memorabatur. Visu non perspicua est eruptionis elevatio; verum super ea leniter attingendo digitus distincte sentiri possit. Cum copiosa est eruptio, numerosæ et amplæ congressiones sunt discretis maculis interpositis. In infantibus uno anno ætatis minoribus, fere non adeo concreta est ut in junioribus vel hominibus, mediæ ætatis, et in multis locis, præsertim super faciem manusque, papulosum aspectum habet. Eruptio pallida et indiscreta est in quibusquam casibus, sed secundo die magis vivida; etiam in aliis exemplis nunquam perfecte apparet et in aliis repente atque præmature retrocedit. Per totum eruptionis

tempus fauces aliquanto tumidæ et turgidæ sunt; raro tamen ad ullam magnam amplitudinem. Febrilia signa, apparenti eruptione, raro desinunt; sed sæpius ad desquamationem persistunt, et sæpe multum graviora fiunt.

Ad tertium diem post apparentem eruptionem, plerumque evanescere in facie Rubeola incipit, sed supra corpus maculæ adhuc leniter rubicundæ sunt, quæ in eodem modo postero die evanescunt. Eruptio sexto die in squamulas furfuraceas minutissimas abit; quo tempore pruritu gravi æger sæpe afficitur. Hoc tempore non raro supervenit diarrhœa, quæ persistat per tempus longum, et si non moderata sit, corporis vires nimis infirmabit.

Species Rubeolæ Maligna a WILLANO aliisque auctoribus commemorata, in asperitate signorum tantum differt; et a repulsa eruptione vel adhibitione stimulantium remediorum, aut frigore, oriri existimatur. Magnus dolor est in thorace et abdomine, magna difficultate spirandi comitatus, eruptio livida fit, et post breve tempus evanescit.

Pulsus parvus et debilis, et sæpe irregularis, lingua sæpe sordidissima, et dejectiones alvi fœ-

tidæ. facies pallida et fervida, et membra inferiora frigida sunt. In gravioribus casibus tinnitus aurium, subsultus tendinum, et delirium atque interdum coma urgent. Inflammatione oculorum et palpebrarum alii vexantur, quæ in ulcera sæpe degenerat; alii cum tumoribus glandularum lymphaticarum, et interdum glandulæ mesentericæ morbidæ sunt; quoque aliquando eruptiones vesicæ supra cutem, nempe Ecthemata, Rupia, Herpes, &c. videntur.

Rubeola sine Catarrho.—In paucis quibusdam exemplis, per epidemicam Rubeolam, hæc species Dre WILLANO notata est. Eruptio eodem cursum absolvit, et eundem aspectum habet; sed quod ab aliis præcipue distinguit illud est, ut signa catarrhalia non apparent, et in paucis diebus rubeola vulgare ægrotus fere afficitur, sed nonnunquam non per aliquot annos.

In pueris maxime apparet et omnino est sine periculo ullo. Licet a similitudine hujus morbi ad rubeolam vulgarem intelligere, cur antiqui existimaverint homines bis in vita rubeolam fatigasse.

Rubeola Nigra.—Dr WILLAN hoc nomen speciei Rubeolæ dat, quia efflorescentia repente circiter septimum vel octavum diem livida et subflava evadit, atque nullum periculum inesse, et in brevi tempore usurpandis acidis mineralibus discutitur. Rarissime occurrit.

DE CADAVERIS SECTIONE.

Cum æger moritur, eruptione adhuc manente, trachea et rami largiores bronchiorum, ut in Variola, maculis tegi inveniuntur; et pulmones pus vel lympham coagulabilem in eorum substantiam effusa interdum ostendunt. Alii morbidi aspectus ex incisione corporum extinctorum hoc morbo visi sunt; nimirum, inflammatio viscerum thoracis et abdominis, sæpe ad gangrænam vel sphacelum tendens, multo frequentius pulmones occupans. Si ægrotus interemptus sit Rubeola maligna, pulmones molles inveniuntur, et magnis adhæSIONIBUS inter eos et pleuram extendentibus impediuntur, et vasa quæ sanguinem vehunt plurimum distenduntur.

DE CAUSIS.

HIC morbus contagio specifico semper excitatur, quod in corpore exceptum indicia jam enumerata et descripta citat. In duobus modis, nempe sive contactu, sive inspirando aerem contagiosum, propagasse existimatum est; sed a quibusdam experimentis, a Doctore HOME Edinburgi institutis, Rubeola inventa est per virus morbificum insertum sub cuticulam communicari; et in hoc modo cum morbus communicatus est, nulla pulmonaria signa apparebant. De natura contagii parum novimus, nisi quod per ejus effectus in corpore fieri manifestum possit. Hieme morbus plerumque invadere incipit, apud quod tempus gravior videtur esse; sed ut tempus anni provehitur decrescit, et in æstate fere evanescit. Itaque humidum et frigidum cœlum ejus propagationi esse aptissimum apparet. Hujus morbi una causarum disponentium ætas infantilis commemoranda est; quia in eo tempore vitæ hic morbus præcipue apparet; homines vero omnis ætatis possit adoriri, si non ab eo prius sint affecti.

Dr WILLAN aliam causam disponentem, nempe status corporis febrilis vel irritabilis notavit; habet hæc verba: "Others, who are less susceptible, may have frequent communication with persons affected during several successive weeks; but the contagion does not act upon them, unless the body be brought into a feverish state by some incidental cause, as taking cold, by watching, or by mental suffering*."

DE DIAGNOSI.

MORBI præcipui, quibus confundatur Rubeola, sunt Variola, Scarlatina et Roseola.

In primis diebus a Variola non facile distinguenda est; sed cum apparet eruptio, facillime. In Variola eruptio ex parvis duris papulis, colore rutilo, apparentibus constat, quæ cito in vesiculas se formant, et tunc in crustulas abeunt. Raræ etiam sunt epiphora et tussis, per totum Variolæ cursum.

* Vide WILLAN on Cutaneous Diseases, p. 215.

Scarlatina facile distinguitur, eruptione apparente, quæ in eo morbo magis diffusa et citius apparet; plerumque die secundo et aliquando citius erumpens, et sequente die totum corpus tegens; est etiam vividior et adstrictius. Componuntur maculæ ita ut cutis integra ex rubicundo colore appareat. Tussis rarissime vehemens sit, neque epiphora, coryza, vel sternutatio adsit, atque palpebræ ruboris et inflammationis expertes sunt. Hæc tamen in initio Rubeolæ prævalentia sunt signa. In Rubeola efflorescentia magis eminens est, et tactu manifeste aspera; quod in Scarlatina per raro videtur.

In Roseola largiores et magis irregulares sunt maculæ quam in Rubeola. Torpor etiam, sternutatio, epiphora, coryza et signa catarrhi, febris quoque vehemens, desunt.

DE PROGNOSI.

FAUSTA signa sunt febris levis, expectoratio facilis et copiosa, tussis modica, cutis humida et calida, atque eruptionis maturus exortus, et ejus

desquamatio matura liberaque. Si ægro ad aliquem morbum internum, præsertim pulmonarium organorum, proclivitas sit ; cum durus et frequens vel parvus, debilis ac intermittens, et similis chordæ pulsus est, post eruptionem vomitus continens, cum respiratione difficile atque accelerata, cutis calore inæquali, capitis, oculorum thoracisque dolore gravi, dyspnœa, faucium affectu vehementi, mucæ excreatione nulla, atque debilitate magna, prognosis infausta est. Profusa diarrhœa, coma, deliriumque, alicujus momenti ; papulæ repulsio, vel earum longius rubor justo retentus, periculum etiam magnum esse ostendunt. Dignum notatu est, ut validissimi et sanissimi nonnunquam victimæ Rubeolæ cadere inveniantur, dum debiliores, iique tussi chronica affecti, per morbum leniter transeant.

DE MEDENDI RATIONE.

SIGNA valetudinis perturbatæ in Rubeola sæpe sic tolerabilia sunt, ut parum necessarium sit dare quicquam præter dietam antiphlogisticam, et

alvum leniter movere. Cum vero signa catarrhalia vel pneumonica occurrunt, ad sanguinis missionem recurrendum erit, medicamenta quæ vomitum et alvum movent; vesicatoria, expectorantia, demulcentia, et sedantia. De horum singulis nunc disputandum.

De sanguinis detractone.—In morbo de quo agendum est, quamvis medici pleurumque venæsectionem perutilem esse admiserint, de morbi tamen tempore quo plurimo esset commodo disputant.

Dr MORTON ait, ut cum eruptio perfecta sit maxime juvet*. SYDENHAM eam usui commendat cum eruptio evanuerit†, sed MEAD‡ alii-que auctores existimant missionem sanguinis secundum signorum vehementiam præscribi oportere, sine attentione ad morbi stadium particulare vel eruptionis statum adhibenda. Omnes nunc necessarium et tutum esse concedunt, sanguinem in

* De Morbillis et febre Scarlatina, p. 37.

† Opera, vol. i. p. 122.

‡ De Morbillis et Variolis, p. 74.

omni tempore morbi mittere, secundum gravitatem indiciorum. Dr CULLEN, in ejus *Primis Lineis*, dixit: "This remedy may be employed at any time in the course of the disease, or after its ordinary course is finished. It is to be employed more or less, according to the urgency of the symptoms of fever, cough, and dyspnœa, and generally may be employed very freely*." Signa missionem sanguinis præcipue postulantia sunt, respiratio crebra difficilisque, tussis gravis, cum dolore aliqua in thoracis parte, oppressus pulsus, generalis anxietas et inquietudo. Nonnunquam ægrotus cum tussi frequente, respiratione accelerata et pulsu citato invaditur, cum eruptio primo apparet; quæ si paucos dies opperiamur, plerumque evanescent: itaque, necessarium est ut inter hæc signa irritationis et pulmonum inflammationis probe distinguamus. Dr ARMSTRONG ea de re hæc verba habet: "We must be careful to discriminate such a state of breathing from that which commonly attends pulmonic inflammation; nor indeed is this difficult, because the former is

* First Lines, sect. 645.

seldom permanently the same, but varies so much at different times, that the patient will seem now much oppressed, and again easy; whereas, in the latter, there are no changes of this sort in the respiration, for it is so considerably oppressed as never to be entirely easy *."

Cum signa inflammationis graviora sunt, venæsectio, secundum ægrotantis ætatem, vires et sexum, utenda est. In infantibus, cum e cubito sanguinem abstrahere non possumus, idoneum erit arteriam temporalem vel venam jugularem externam secare; atque sine dubio aptissime et tutissime sanguinem mittitur e vena jugulari externa, cum pulmonaria signa, vel capitis dolor urgent. In infantibus debilibus, vel cum indicia ambigua sunt, detractio sanguinis per hirudines, vel cucurbitulas cum ferro parti dolenti admotas, multum proderit. Sanguinis missio etiam utilis inventa est, ad diarrhœam tollendam; quæ per inflammationem mucosæ membranæ intestinorum excitata sit. Si epidemicus proclivitatem habet formam fe-

* On Scarlet Fever, Measles, &c. p. 137.

bris pestilentis assumere, hoc remedium caute utendum est.

De Remediis Vomitoriis.—Vomitum in morbi diebus primis, sed rationibus diversis, magnopere prodest; nimirum, ex ventriculo materias irritantes quæ febrem intendunt summovendo, omnes secretiones augiendo, et circuitum sanguinis æqualem efficiendo, spasmus discutiendo, diaphoresin promovendo, etiam aliquatenus signa catarrhi lenit, et diarrhœam, quæ sæpe apparet in Rubeola, prævenit; sic morbi gravitatem sæpe tolerabiliorum reddit, et in ipso initio aliquando eam decurtat. Ipecacuanha vel tartras antimonii huic consilio optime respondet. Tartras antimonii, in portionibus parvulis adhibitus, ut e cute exhalationem promoveat, sedativos effectus excitet, et tussim leniat, sputi expectorationem adjuvando, quum ab inflammatione bronchiorum viæ onerantur.

De Alvi Purgatione.—In hoc morbo cathartica mitiora omnino necessaria sunt, non tantum res irritantes ab intestinis ad tollendum, et irrita-

bilitatem generalem sedandum, sed etiam ut proclivitas ad determinationes locales occurratur, sine thoracis oppressione facta. Purgantia leniora in casibus mitioribus hujus morbi, sunt præferenda; nempe, parvæ doses olei ricini, sulphatis magnesiae cum infuso sennæ, vel pulveris radiceis rhei et magnesiae, et aliorum hujusmodi. Adhiberi debent ut indies dejectiones una vel duæ eliciantur. Si febris vehemens sit pauca grana Submuriatis Hydrargyri medicamentis supra memoratis addi possunt, præsertim ut dejectiones alvi depravæ plerumque inveniuntur.

De Vesicatoriis.—Vesicatoria remedia, valida sunt ad inflammationem partes proprias afficientem solvendum; nunquam vero affigi debent, præsertim thoraci, antequam sanguinis generalis detractio vel hirudines usurpati fuissent, ut nonnunquam Hydrothoracem excitavissent*. In exemplis nonnullis, vesicatoria caute usurpare necessarium erit; quia partes quibus sint admota, aliquando in gangrænam ruere possunt; vel ulcera gangrænosa fieri, quæ irritationis multum exci- tent, vel quæ difficilia sint curatu. Possunt ad-

* Armstrong, p. 154.

moveri, cum sanguinis missione et regimine anti-phlogistico difficultas spirandi vel oppressio thoracis non solvatur.

De Expectorantibus.—Quum tussis sæpe gravissima est in Rubeola, expectorantibus necesse erit ipsam reddere tolerabiliorem. Quorum præcipua sunt, vinum Ipecacuanhæ, vinum Tartratis Antimonii, Acetum et Syrupus Scillæ. Demulcentia remedia sunt quæ in hoc morbo sæpe profuerint; hoc consilio mucilago Gummi Acaciæ simplex, vel cum pauxillo aceti vel syrupi Scillæ, vel cum paucis guttis Tincturæ Opii conjuncta, usurpari potest. Inhalatio vaporum aquæ calidæ, leniendo faucium pruritum, magnopere auxiliatur, et eodem tempore sputum movet.

De Sedantibus.—Si tussis vehementissima sit, et nec quibusvis inflammationis notis comitata, Opiata sive in forma Tincturæ, sive in ea syrupi Papaveris somniferi, adhiberi possunt; quorum ultimus infantibus optime convenit et in dosi unciae dimidiæ altera quaque vel tertia hora dari possit. Tinctura Hyosciami nigri, ad tussim sedandam, efficacissimum etiam remedium sæpe est.

Balneum calidum.—Si indicia inflammationis gravia sint, vel si eruptio ante idoneum tempus evanescit, ægro anxietate magna vel delirio affecto, sæpe multum adjuvat; et beneficii maximi invenitur esse somnum conciliando, et sæpe dyspnœam et raucedinem leniendo.

Balneum tepidum melius est balneo calido, quia non habet effectus adeo debilitantes, et non ita sæpe fines idoneas transire patimur. Cutis irritationem minuit, furfuraceas squamulas discutit, et omnis periculi expers est nisi ægrotus frigori postea objicitur.

Dr CURRIE et Dominus MAGRATH affusionem frigidam dicunt, cum calor in superficie gravis erat, in Rubeola felicissime adhibuisse; sed ut organa pulmonaria proclivissima sunt ad inflammationem, et adeo sæpe inventum est, ut ex aëre frigido, eruptio cum signis gravibus subito supervenientibus, evanescit. Hinc concludendum est ut anceps remedium sit. Conclavia in quibus ægroti ponuntur magis spatiosa et bene ventilata, cum temperatura inter quinquagesimum et sexagesimum gradum Fahrenheitiani thermometri, esse debent.

Quoniam Rubeolae malignae descriptionem dedimus seorsim, et etiam ut differentia quædam est in ejus sanatione, necesse est itaque, ut rationem ejus medendi consideremus. Atque cum debilitas in hac specie Rubeolæ supervenire proclivis est, sanguinis missio perparce usurpanda est, et cum circumspectione magna, etiam quamvis inflammationis indicia adsint: itaque balneum tepidum vel calidum utendum est: Si vero febris pestilentiae formam assumat, necesse erit stimulantia adhibere. Hoc consilio vinum, serum vinosum, opium, et alia hujusmodi, usurpentur; et quoniam alvus sæpe torpida est, cathartica acriora, nempe Scammonia, Colocynthis, pulvis Jalapæ compositus, Aloë. vel alia cathartica drastica, dentur. Si pulsus sub hac medendi ratione multum augeatur, vel durus vel frequens evadat, et corporis calor auctus sit, vel cum sanguinis determinationes sint ad partem aliquam internam, veluti ad thoracem, caput, abdomen; tum hæc remedia statim intermittenda sunt; et si necesse sit, ad sanguinis generalem aut specialem detractionem confugiendum erit, ut signa postulent.

FINIS.

The first of these is the fact that the
 system of the world is not a simple one
 in which the parts are all alike and
 the whole is a mere sum of the parts.
 It is a system in which the parts are
 all different and the whole is a new
 entity. The second is the fact that the
 system is not a static one but a dynamic
 one in which the parts are constantly
 changing and the whole is constantly
 evolving. The third is the fact that the
 system is not a closed one but an open
 one in which the parts are constantly
 interacting with the outside world and
 the whole is constantly changing. The
 fourth is the fact that the system is not
 a simple one but a complex one in
 which the parts are all different and
 the whole is a new entity. The fifth
 is the fact that the system is not a
 static one but a dynamic one in which
 the parts are constantly changing and
 the whole is constantly evolving. The
 sixth is the fact that the system is not
 a closed one but an open one in which
 the parts are constantly interacting with
 the outside world and the whole is
 constantly changing. The seventh is the
 fact that the system is not a simple one
 but a complex one in which the parts
 are all different and the whole is a
 new entity. The eighth is the fact that
 the system is not a static one but a
 dynamic one in which the parts are
 constantly changing and the whole is
 constantly evolving. The ninth is the
 fact that the system is not a closed one
 but an open one in which the parts are
 constantly interacting with the outside
 world and the whole is constantly
 changing. The tenth is the fact that
 the system is not a simple one but a
 complex one in which the parts are all
 different and the whole is a new entity.

